

- In monte Soracte. 'Rachisi rex et Tassia regina, uxor eius, per preceptum donationis' tradunt monasterio SS. Silvestri et Nonnosi 'curte unam, nuncupantem Ustriciano in territorio Spolitino'. Bened. chron. cap. 16, MG. SS. III, 703. 201

749, Ind. 2— Spt. 1—3; Ratchis a. 5.

- Perusiam civitatem Ratchis rex obsidens a Zacharia papa ad solvendam obsidionem commovetur. Lib. pont. II, 79, V. Zachariae cap. 23.

c. Jun. Romae. Ratchis relinquens regalem dignitatem ad b. Petri limina cum uxore et filiis aggressus, a Zacharia papa clericus effectus, monachico indutus habitu cum uxore et filiis, in monasterium Casinense se recepit. Lib. pont. ed. Vign. II, 80; [Chron. Salern. 1]; Leo Ost. I, cap. 8.

31. AISTULF 749—757.

Jul. 3. 4. Mediolani. Aistulfus, frater Ratchisi, rex coronatur. Bened. chron. cap. 17: 'mense Iunio'; Catal. Brix., SS. Lang. p. 503: 'mense Iulio, ind. II'. (De die cf. Oelsner, Pippin p. 436).

- — Tasia, uxor Ratchisi, et Rattruda, filia eius, ex propriis sumptibus monasterium puellarum in Plumbariola extruunt multisque opibus ditant. Pauli cont. Cas., SS. Lang. p. 199; Leo Ost. I, cap. 8. 202

Jul. In Reate. Iuenalis missus Luponis ducis (Spoletini) et Tacipertus gastaldius Reatinus iudicatum faciunt de casalibus in gualdo ad S. Iacinthum sitis, quae antea per iudicatum Insarenis missi regis, Andreae notarii, Luponis ducis, Taciperti gastaldii, Ansualdi sculdhoris, Audolfo et Audualdo addicta erant, nunc autem monasterio Farfensi adiudicantur. Reg. Farf. 27; Assemani, Ital. hist. script. III, 411; Galletti, Gabio p. 86; Troya 623. 203

Jul. In Reate. Isemundus et Teudemundus fratres donant monasterio S. Mariae (Farfensi) et Fulcualdo abbati 'medietatem de casale qui nominatur ad Centum vel Alinianus. Temp. d. Luponis . . a. ducatus V. et v. m. Taciperti gast. civ. Reat. . . per ind. II'. Reg. Farf. 26; Galletti, Gabio p. 85; Troya 624. 204

Sept. Beneventi in palatio. Gisolphus dux (Beneventanus) donat Urso thesaurario suo condomam Marichis, 'qui habitare videtur in Silice de subactione scauri qui nominatur Lupoaldus', et Florentium servum, 'qui fuit de subactione Trasarii gastaldi et vestararii'. Reg. S. Soph. Ben. III, 27; Ughelli X, 458; Troya 625. 205

Nov. In Reate. Benedictus diaconus et Teuderadus fratres vendunt Fulcoaldo abbati monasterii S. Mariae (Farfensis)